# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Coniugium q

### cum uariis

Ducuntur hodie uxores non causa fornicacionis uitande sed causa luxurie, non causa prolis sed causa pecunie. Vnde Marcia Catonis filia iunior, cum quereretur ab ea cur post amissum uirum denuo non nuberet, respondit se non inuenire uirum qui se magis uellet quam sua. Quo dicto eleganter ostendit diuicias magis in uxoribus eligi solere quam pudiciciam et multos non oculis sed digitis uxores ducere. Optima et sana res quam non auaricia conciliat, quam non luxuria copulat.

Hugo ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

ducuntur] dicuntur $V^1$; Marcia] Marci P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; cum quereretur] conquereretur $V^1$; dicto] egi *add*. (*del*. *sub lin*.) B; quam] quod M; auaricia] auariciam C; Hugo *om*. $L^2$; Hugo ibidem] ibidem Hugo P $V^1$ $V^2$ $L^1$